



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

96. An qui in die Natiuitatis Domini facit officium Diaconi, & sumit Eucharistiam ex manu celebrantis, possit postea dicere saltem duas Missas? Et notatur, quod Cardinalis qui in Sacello Pontificio ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Tract. I. De Celebrat. Missarum,

54

2. Sed sententiam Nauarti, & aliorum satis probabilem esse existimo, quam præter Scottiam, & Layman, à Tamurino citatos, approbat nouissimè P. Dicastillus de Sacram. tom. i. tract. 5. diff. 4. dub. 13. n. 2. 13. vbi sic ait: Quæri vñterius potest, an incepit Missa possit iterum à principio inchoari superuenient alieñus viri Principi, & illustris superuenient post generalem peccatorum confessionem, aut post Gloria in excelsis Deo, vel post Epistolam quoque recitatem? Respondeat cum Nauarro, & Azorius *supra*, & aliis, post; hæc enim sufficiens causa videtur iterum Missam inchoandi. Exemplum ponit Azorius in Cardinali, Episcopo, Marchione, Comite. Ego quidem non solum dicta Epistola, sed dicto etiam Euangelio fieri posse puto; imò vñque ad oblationem exclusus: est enim eadem ratio de Euangelio, & de symbolo, illaque quasi antiphona qua præcedit Offertorium, & in Missali appellatur *Ad Offertorium*.

3. Nota hic obiter. Dicastillus *vbi supra*, n. 269. non approbat id quod faciunt aliqui Sacerdotes, addendo tempus meditandi, non assignatum in Rubricis Missalis. Sic itaque afferit: Hinc etiam est, quod cùm idem sit de ceremoniis, atque de verbis, sive detrahendis, hinc addendis præter assignatas à Pontifice; & inter alias ceremonias, & ritus colendi Deum in Missa numerantem tria illa tempora orandi, aut meditandi; & verisimiliter scilicet in Memento primo pro Viuis, & in Memento secundo pro Defunctis; tandem tertio post sumptionem Corporis, vbi in Canonice Missa dicitur in Rubrica illius, *Quæcùm ad quatuor in meditatione sanctissimi Sacramentorum. Hinc, inquam, est addere quartam orationem, seu meditationem, & quartum tempus sic quiescendi, & orandi etiam mentaliter, sive nouam quandam ceremoniam, quam tamen addunt aliqui plus nimium deuoti, qui antequam sumunt Corpus Christi in Missa per aliquod tempus cum illo in manibus perseverant orantes: quod etiam mentaliter faciant in illo situ, & habitu corporis perseverantes, iam addunt aliud similem cultum ei, quem postea meditando exhibent ex præscripto Ecclesia post sumptionem eiusdem corporis: quod ostendit, illum esse peculiarem cultum ab Ecclesia præscriptum. Ergo nouum addunt contra Ecclesia præscriptum. Ideo illos appellavi plus nimium deuotos: vñsquisque tamen in suo sensu abundet.* Hæc ille.

RESOL. XCVI.

An quæ in die Nativitatis Domini facit Officium Diaconi, & sumit Eucharistiam ex manu celebrantis, possit postea dicere saltē duas Missas?
Et notatur, quod Cardinalis qui in Sacello Pontificio dicit Missum Nativitatis Domini ante medianum noctem, non potest postea dicere mane alias duas Missas. Et aliud nouum dubium reiicitur pro hac difficultate, scilicet, an ex eo, quod sacrificium possit sufficiere pluribus, Sacerdos satisfaciat unico Missa sacrificio pro multis obolis oblatis cum onere celebrandi, ablatio nomine stipendi, & mutato in oblatione, &c. Ex p. 11. tr. 4. & Mis. 4. Ref. 43.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 54. §. vlt. & ne deferas hic infra legere Refol. 128. per rotam, & signaver §. Sed ad lin. 4. &

9. 1. **A**ffirmat̄ responder Hieronymus Columbus de Hierarchia lib. 4. c. 70. n. 14. vbi sic ait: Obiter in hoc loco occasione eorum qui sibi licitum esse putant cessare sapientia à sacrificio; non pigeat à simili alium scrupulum tollere: An Sacerdotes, qui in die Nativitatis Domini in Missa solemnii Diaconi officium gerentes communicant de manu Episcopi, possint eadem die celeb̄rare saltē alias duas Missas

constitutas. Ratio dubitandi istorum est, quod factas in illa recipiendi per Eucharistiam, solum Sacerdotibus data est in repetito ter Missa sacrificio: Sed Presbyter illa die velut Diaconus Pontifici ministrans, de manu illius communicat, non igitur illa poterit veluti Presbyter offere sacrificium, sed saltē se legitimè poterit excusare. Respondeo, quod hæc excusatio non petita, est accusatio manifesta modicæ deuotionis, & scrupulose conscientie, à 1600. annis vñque adhuc nulli venit in memori; quod si ex quotidianis distributionibus Sacerdotum haec die singulis tribus Missis centum autē assignentur, nemo esset qui se tripli sacrae actionis munere prohiberet: arque tunc omnes simul Doctores conuenient, memores illius regulæ iuris, quod p[ro]uilegia sunt amplianda, non restringenda, & quod Presbyter communicans de manu Episcopi, in una Missa velut Diaconus, non per hoc celst[er] est Pro[fe]t[er] illa die, sed ad horam tantum impedit missarum illud inferius Episcopo, ac per hoc non auget ius celebrandi reliquas Missas, quæ illius die diversis horis sunt deputatae: hoc etiam stante iuxta Suarj, ac meliorum Doctorum sententiam, quod tota hac die sacramentina, à noctis dimidio i[nt]erprido liceat omnes, ac singulas Missas celebrari, quilibet Sacerdote censuris canonice non impedit, & hoc maximè deceat illa die exhiberi tripliciter munus diuinus. Majestatis ob memoriam ut gratia Saluatoris, primò velut Verbum ab æternis mense patruntis: Secundò corporaliter de Maria Virgine factus homo: Tertiò quotidie spiritualiter in corde suorum fidelium. Quia inquam ter repetitiæ actione sacrificiæ hac die vito spirituali, nulla maior toto anni circuito spirituali suavitatis, ac iucunditas, ac pingued spiritus est potest: Vnde à nullo penitus aque potius renuenda est. Ita ille.

2. Sed prorsus hæc opinio est reiicienda, vix te, primò contra præximū, & sic Rome in Ecclesiæ D. Petri Cationicus, qui facit officium Diaconi in prima Missa, & sumit Eucharistiam à celebrante, potest non celebrat, & idem facit Eminentiss. Cardinalis, qui in Sacello Pontificio ministrat ut Diaconus in Missa Papali, & recipit species sanguinis à Pontifice; nam postea non audet celebrare, ut offerant alibi cum Cardinali Lugo.

3. Et ratio est, quia Sacerdos qui sumpsit Eucharistiam more laicorum, non potest in illa die amplius celebrare; priuilegium enim dicendi tres Missas in illa die, concedit celebrantibus: Ideo si semel Sacerdos sumpsit Eucharistiam more laicorum, amittit ius in illa die ad sacrificandum. Nemo enim potest sumere Eucharistiam extra, & ultra Missam.

4. Nota etiam hic cum Dicastillo de Sacram. tom. i. tract. 4. diff. 9. dub. 17. n. 410. quod Cardinalis qui in Sacello Pontificio dicit Missum Nativitatis ante medianum noctem, non potest postea dicere medianum noctem alias Missas, quia cum iam celebrauit pro die Nativitatis ex predicta Indulgencia Papa concedentis, aut mandantis anticipare eam actionem intra ipsam solemnitatem, & festum, non celeretur pro rati Cardinali manere locus celebrandi post medianum noctem, si non celebrasset. Quia ratione si esset præceptum non dicendi bis Matutinum in comedem feito, & ex priuilegio posset quisid quod nunc possumus dicere Matutinum pro die sequenti anticipat, scilicet ante Solis occulatum, aut medianum noctem, non posset iterum dicere post medianum noctem, quia vñs tali indulgentia, celeretur dixisse pro illa die, & celebrate, ad quam spectat illud Matutinum Officium.

5. Vnde ex his non sunt admittenda ea, que a. scđ

Atque de SS. Euchar. Sacr. Ref XCVII. &c. 55

serit Caramuel in *Theolog. fundam. fundam.* 30. §. 13.
num. 515.

6. Nota etiam hic obiter aliam singularem opinionem supradicti Hieron. Columbi *vbi supra c. 62. n. 24.* vbi sic ait; Ex his iam satis patere potest responsio ad omnes rationes quorundam, qui falso ac metaphorico illo suo stipendiij nomine, & principio negant vicinum Misericordia Sacrifictium sufficere posse pluribus, qui singuli diversis temporibus mobilia, vel immobilia bona Ecclesie contulerunt, aut sigillatim Sacerdoti simul obolos tribuum cum onere celebrandi. Nos autem stipendiij nomen ab hoc ministerio penitus, atque penitus interdicimus, ac iuxta Christi Evangelium assertimus pro multis offersti hoc Sacrifictium, ab eoque neminem sponte aliquid offerentem excludi posse, atque adeo eorum dona, & munera, & Sancta sacrificia illibata a Sacerdote pro singulis offerenda esse, quae singulis iuxta singulorum pietatem, ac Religionem proficiant.

7. Et sic ex dictis iam pariter refutata manet DD. quorundam opinio indiscreta , qui falsis eiusmodi suis fundamentis innixi, putant , ut cum Sacerdos rogatus ab aliquo pro eo obtulit Sacramentum, si iste fortasse nihil ei tribuat, huic posse à Sacerdote citari apud iudicem pro mercede. Sed qui talia indigna faceret, ester quidem, me iudice, dignus suspensionis ab executione Sacri Ministerij, quod ita vilipendit. Ille autem, qui ei non aliquid tribuit, hoc solum pro pene ferret, quod nullus impostorum Sacerdotum pro eo aliquid sponte daret. Missa nempe, obligatio sponte interpretatur, non coacta. Vnde Sacerdotes qui in suis titulis, aut capellis quomodo cumque prouisiis de hostiis, & vino & cera celebrant, si sapientiam suam ne illo offertorio rogetur a laicis pro se Missas ageant, indignum videunt velle ab eis in exteriori indicio aliquid extorquere. Ita ille.

8. Sed aliqua ex his caute legenda sunt, ne dicam amplius, sunt enim contra torrentem omnium DD. & contra Praxim totius Ecclesiæ, quam Columbus non veretur improbare; id est prorsus est rei sciendus.

RESOL. XCVII.

*An in nocte Nativitatis Domini Sacerdos nolens celeb
rare omnes tres Missas, sed unam tantum, possit re
linquere primam Missam, & dicere secundam, & si
placuerit tertiam?*

Eadem est ratio, si Sacerdos unam Missam velle celebaret in die. Ex p. 2. tr. 14. Res. 39.

5.1. **A**liqui forsitan negariuntur sententiam am-
plicetendam esse putabunt: sed affirmati-
um docuit Zanardus in *direct. Theol.*, p. 1. de *Euchar.*
cap. 9.9.7. Vigolinus de *poteestate Episcop.* *cap. 16. n. 5.*
Petrus Ledelius in *sum. son. 1. de sacram. Euchar.* *c. 16.*
pol. 9. concil. quem postea sequutus est Villalobos in
sum. p. 1. tr. 8. diffic. *22. m. 3.* & quia codex farus est, po-
nam eius verba. [Verdad es que se podria decir de
noche qualquiera de las tres Misas, que es cosa acci-
dental decir esta, o aquella.] Et eadem ratio militat,
si Sacerdos vnam Missam vellet celebrare in die, tunc
enim posset dicere tertiam, vel secundam Missam; quidque Gauantius puter, dicendam esse vel primam,
vel tertiam, & potius tertiam, cuius Oratio cum
Officio concordat. Ita illi in comment. ad Rubr. Miss.
tom. 1. part. 4. sit. 3. num. 6.

RESOL. XCVIII.

An Sacerdos in nocte Nativitatis Domini posset tres Missas ante auroram celebrare? Ex part. 2. tr. 14. Resol. 35.

§. I. Negatiuè responderet Villalobos *in sum. p. I.*
tr. 8. diff. 22. n. 3. Fernandez *in exam. Theol.*
mor. p. 3. cap. 5. §. 7. n. 3. Vgolinus de potestate Episcopi
c. 1. n. 6. Fagundez de praecepto Eccles. tr. 6. t. 1. lib. 3. c. 16.
n. 3. Petr. de Ledesma in sum. tom. I. c. 19. concl. 9. fol.
mibi 128. Didacus Nugnus in 3. p. dom. I. q. 82. art. 2.
ver. sed est dubium, fol. mibi 504. Miranda in manuale
prael. p. 1. q. 40. art. 8. concl. 2. Nauarr. in sum. c. 25. n. 5.
Ioan. de la Cruz in direct. conf. p. 2. de sacrificio Missæ
q. 2. dub. 1. concl. 3. Sylvest. Ang. Tab. Arm. ver. Missæ
& alij. Probatur hæc opinio, nam in Robr. Missalis
ita statuitur. Secundò, quia in ipso Canone dicitur
communicantes, & noctem sacratissimam celebrantes,
pro prima Missa; pro aliis vero duabus dicitur, &
dierum sacratissimum celebrantes. Hanc etiam opinio-
nem docet Acosta in expositione Bulla Cruc. q. 32. &c.
Squillante de oblig. cler. p. I.

2. Sed nihil contraria sententia semper visa est probabilior, & illam s^epius in praxi consului. Vnde minor, a Nungno *vbi sp.* improbabiles vocari. Sed iste author nimis audacter in censurandis opinionebus se gerit, maximè sapientissimi P. Suarez, qui nostram tueretur sententiam *in 3. p. tom. 3. disp. 80. sect. 4.* quam sequitur etiam nouissime Putcanus *in 3. p. 9.8.3. art. 2.* Layman *lib. 4. tr. 7. c. 4. n. 4.* Valcq. *in 3. p. 3. 10. 3. disp. 2. 2. 3. c. 3. n. 3.* Reginald. *in praxi. tom. 2. c. 9. sect. 1. lib. 10. n. 13. 4.* Coninch *in 3. p. 9.8.3. a. 2. dub. 4. n. 2. 18.* Syllius *in 3. p. 9.7. art. 2.* Mollesius *in fam. tom. 3. tr. 3. c. 10. n. 2. 2.* Zanardus in direct. Theol. *part. 1. Euach. c. 9. q. 7.* Scorzaria de Sacr. Miss. *lib. 2. c. 15. n. 5.* Ratio est quia in c. mo^e sancta de conser. diff. 1. ab soluto conceditur, ut nocte Natiuitatis Missa celebrentur sine vla distincione.

3. Ad priuum argumentum contraria sententia

3. Ad priuata argumentum contra sententiam responderetur cum Valquez, quod praedicta rubrica intelligenda sunt de Missis conuentualibus & solemnibus, ut priuata Missa de nocte post medianam noctem dicatur, secunda in aurora, tertia vero in plena die. Ad secundum argumentum responderetur cum Suarez, non obstat, quod in prima Missa dicatur, communicantes, & noctem sacrissimam celebrantes, non item in duabus, reliquis sed, communicantes, & diem sacrissimum celebrantes; quia in diuini Officii recitatione, verba non referuntur semper ad tempus in quo dicuntur, sed in illud pro quo represtantendo & commemorando dicuntur: unde etiam si in prima Missa dicatur, & noctem sacrissimam venerantur, nemus tamen negat, quia talis Missa priuata dici possit in plena die luce.

4. Malè igitur, ut dicebam, hæc opinio tot authoribus, & rationibus fulcita improbabili à Nugno vocatur, est enim probabilissima & tutissima in praxi, quicquid etiam in contrarium post hoc scripta inueni sensisse Bonacinam de Sacram. dicit. a. v. 11.

BESOJ YCIX

*An in nocte Nativitatis Domini Missæ tres dici possint
etiam supernat.?*

Et author à quadam impugnatione defenditur, quod nimis oratione erit lettoribus.

*mis gratum erit lectoribus.
Et docetur non esse peccatum mortale afferendum, nisi
ad se veritatem clara est precepitum clarius.*